



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De sex iniquitatibus iracundi volentis se Vindicae. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

Furiosus autē statim indicat iram suam hominibus, quum ira furor sit, est indicare se esse hominem insanum. Item qui indicat iram suam hominibus, succedit domos vicinorum suorum, ut quod domus sua ardeat, cum potius cogitare deberet quomodo domui propria subueniret. Sicut non esset ferenda sententia, quam insanus diceret: sic non est proferendus sermo quem ira dicitur. Ira sit furor. Homo iratus nisi taceat, ostendit se magis stultum quam ipse sit. Multa enim comminatur quae non faciet. Vnde Proverb. 14. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam.

De sex iniquitatibus iracundi volentis se vindicare. CAP. 7.

Quinto potest valere ad detestationem irae, si ostendatur multiplex iniquitas, quae est in homine irato, qui se vult vindicare. **¶** Prima eius iniquitas est, quod ipse auctoritate sua constituit se iudicem inter se, & iniuriatorem suum. **¶** Secunda est, quod ipse in eadem causa vult esse actor & iudex. **¶** Tertia est, quod ipse vult vindicare se pendente die, quae sibi assignata est, ne plene iustitia fiat. Dies haec dies iudicij est. Apostoli. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. **¶** Quarta iniquitas est, quod ipse impunitum relinquit illum, a quo debuit incipere, sedet seipsum, qui sibi magis nocuit, quam alius. Quicquid illi potuit inferre ei, minus est odio quo ipse animam suam interfecit. **¶** Quinta iniquitas est, quod ipse iustitiam, quae ex solo iudice debet procedere, ex iniquitate vult elicere, quia ex ira & odio. **¶** Sexta iniquitas est, quod ipse non reddit patientiam iniuriantiam quam ei debet, sicut iniuriatus debet ei innocentiam.

Exempla ad detestationem irae.

Sexto possunt valere ad detestationem irae, exempla. **¶** Praecipue exemplum Christi, quem videmus patientissimum esse, qui ultimo faceret vindictam de inimicis suis. Bene debet sufficere vermiculo, quod ita circum vindicaretur de inimicis suis. Sicut dicit Augustinus. Summae religionis est imitari quem colimus. **¶** De beato Bernardo legitur, quod appropinquante morte eius, cum requireretur a fratribus, quod doceret eos aliquid salubria, dixit eis: Alieno sensui magis quam meo crederem. Laesus vindictam non exoptat. Nulli scandalum facere vult. Et si feci, sedavi ut potui. **¶** Septimo potest valere ad detestationem irae, quod Dominus ab eo, qui vult vindicare, vindictam etiam remissa repetere. Sicut patet de illo, qui noluit dimittere conferuo, a quo dominus eius repetiit uniuersum debetum prius sibi dimissum. Matth. 18.

De diuisionibus ad iram pertinentibus. PARS 11.